

Firmissime assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, neconon aliorum Sanctorum habendas et retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertendam. Indulgentiarum etiam potestatem a Christo in Ecclesia relictam fuisse; illarumque usum Christiano populo maxime salutarem esse affirmo. Sanctam, Catholicam, et Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem et magistrum agnosco; Romanoque Pontifici, beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Jesu Christi Vicario veram obedientiam spondeo ac juro. Cætera item omnia a sacris Canonibus et Ecumenicis Conciliis ac præcipue a sacrosancta Tridentina Synodo et ab Ecumenico Concilio Vaticano tradita, definita ac declarata præsertim de Romani Pontificis Primatu et infallibile magisterio indubitanter recipio atque profiteor; simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas, et rejectas, et anathematizatas, ego pariter damno, rejicio, et anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo salvus esse potest, quam in præsenti sponte profiteor, et veraciter teneo, eamdem integrum et inviolatam, usque ad extrellum vitæ spiritum, constantissime (Deo adjuvante) retinere et confiteri, atque a meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, et prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, voveo, ac juro. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta Dei Evangelia.

quem tenuit et
e de vero sensu
mitto; nec eam
atrum accipiam

Sacramenta novæ
atque ad salu-
tis, necessaria,
charistiam, Pœni-
t Matrimonium;
mum, Confirmar-
ari non posse.
tholicæ ritus, in
cipio et admitto:
et de justifica-
nitæ et declarata

proprium et pro-
inctis; atque in
vere, realiter, et
a cum anima et
que conversionem
as substantiæ vini
ea Ecclesia Tran-

n atque integrum
Constanter teneo
tidelium suffragiis
Christo regnantes
que orationes Deo
esse venerandas.